

& Sternutationes Raucedo, Tussis sicca. Vitales Dispunctiones Cor-
dis Palpitatio. Naturales Anorexia, Sitis, Nausea; Vomitus, Al-
vus plerumq; suppressa: quæ ferè omnia ex humorū ebullien-
tium Vaporibus facili negotio queunt derivari.

l.2.s.2.

ep. l.2.

33. Inter Excretæ Urina principem aliàs locum habet, hic
quia plerunq; Sanorum non assimilis, inde Variolas ad futu-
ras innumerabilibus ægris se non absq; eventu prædixisse te-
statur Horstius. Ita observantur vomitus, narium hæmorrhagia,
lachymæ spontaneæ.

34. Qualitates mutatae sunt Rubor & Tumor faciei, præser-
tim Oculorum, Cutisque asperitas ex tuberculis sese sensim
prorumpentibus.

35. Causæ, quæ in effectus cognitionem nos deducunt, sunt
vel internæ ut Dispositio, tūm occulta; Si enim quis fermenta-
tionem hanc nō dum sustinuerit, qualiscunq; oritur Suspicio-
tum manifesta: Ætas puerilis, quam Luis illius capaciorem esse
supra diximus. Vel externæ, quarum præcipuae Aer & Con-
tagium; Si enim malum sit epidemium, Ægerq; præterea cum
aliis conversatus sit, metus est hausti contagii. Unde in prædi-
cendis his Morbis, si cætera consentiant, ferè nunquam hal-
lucinabimur.

36. Hæc omnia tam Variolis quam Morbillis ferè commu-
nia sunt. Distinctiva autem signa traduntur, Febris in Mor-
billis vehementior & acrior, in variolis mitior: in illis La-
chrymæ copiosiores, fervor major, dorsi dolor mitior: in his
dolor major, major totius corporis gravitas. Sed frustra sunt,
qui ex his aliquid prædicere moluntur, nisi consentiat Con-
jectura Archigenis ex Contagio & Morbis communiter vagan-
tibus, quam non injuria magnificit Galenus 2. de Cris. c. 3.

PROGNOSTICA.

37. Febrem, quia plerumque cum Vehementia Symptoma-
tum & intra quatriduum ferè absolvitur, Morbis Acutis ac-
censemus, quod si tum non remittat, Crisis infelix atq; adeò
periculum portenditur, ob Virium Langvorem & Materiæ In-
obedientiam.

B 2

38. Fe-